UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Historia Scholastica Magistri Petri comestoris sacre scripture seriem breuem nimis [et] obscuram elucidans

Petrus <Comestor>

Argentine, 1503

VD16 P 1829

Ex facta est manus domini super ezechiele[m]. capitulum. cap. vj.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30892

Visual Library

Ecce ego ꝯgregabo regnū iuda ꝛ regnū effraim. ꝛ faciā eos in gentē vnā ꝛ regnū vnū. ꝛ ſeru⁹ meus dauid pnceps erit eoꝝ in ppetuū. Et locut⁹ eſt dn̄s ad ezechielē. Fili hominis vaticinare aduerſus gog: ꝛ terrā magog dicēs Hec dicit dn̄s. Ecce ego ſup te gog pnceps moſoch ꝛ tubal ſeducā te: aſcendere te faciā de lateribꝫ aq̄lonis. ꝛ adducā te ſup mōtes iſrl': ꝛ cades ibi tu ꝛ oīa agmīa tua. et dicā volucribꝫ celi ꝛ beſtijs t're. Properate ꝛ currite vndiq; ad victimā quā imolo vob ſuper mōtes iſrl' vt comedatis carnes fortiū: et ſanguinē pncipū terre bibatis. Et oſſibꝫ corroſis dabo ſepulcrū noīatū. ꝛ mittā ignē in terrā magog. ꝛ in his q̄ habitāt in inſulis cōfidēter Hoc fabulāt hebrei futuruʒ poſt regnū mille annoꝝ: ꝛ ꝙ tāt⁹ erit exercit⁹ gog ꝛ hebrei ꝑ ſeptē ānos vſū lignoꝝ habebūt, nō de ſiluis ſʒ de armis. ꝛ colligēt oſſa ſeptē annis: ꝛ ſepelient in valle q̄ ob hoc dicet polſandrū, q̄ſi multoꝝ virorum ſepultura.

Non ꝙ ſit fabula de gog et magog. imo hiſtoria. ſed qꝛ ſic ab hebreis appellat

A polis qđ ē multū: et andros qđ eſt vir. vł a polis qđ eſt pluralitas. ꝛ andros qđ eſt vir. inde polſandrū quaſi viroꝝ multoꝝ ſepultura.

Et facta eſt manus dn̄i ſup ezechielē.

Caplm. VI.

In viceſimo quīto āno trāſmigratōis ipe ē ann⁹ xxxiij. regni nabuchodonoſor. pmo mēſe. x. die mēſis. xiiij. anno poſtq̄ ꝑcuſſa ē ciuitas i hac ipa die facta eſt manus dn̄i ſup ezechielē. ꝛ adduxit eū in ſpū i terrā iſrl': ſup montē excelſum. ꝛ oñdit ei deſcriptionez ciuitatis ꝛ tēpli ſup quā ad lrām nr̄i ſiluerunt autores. Porro ezechiel in chaldea int' conſcaptiuos iudicauit trāſgreſſores legis. ꝛ pci pue q̄ſdā de tribu dan ꝛ gad ꝙ i dn̄m cōmitterēt ipia: legis ꝑſeq̄ndo cuſtodes. Et fecit vt dic epiphanius ꝯ eos pdigiū magnū. qꝛ filij eoꝝ ꝛ vniuerſa pecora a ſerpentibꝫ ꝑierūt: et pdixit ꝙ tribꝫ ille nō reuerterent ad ꝓpria: ſed i medie regionibꝫ remanerēt. ꝓpter qđ exacerbati in eū diſtraxerūt cū eq̄s ꝑ crepidines ſaxoꝝ ꝛ excerebrauerūt eū. et ſepelierūt euʒ in agro maulim in ſepulcro ſem ꝛ arfaxat: i ſpelunca duplici. In cui⁹ ſimilitudinē abraā in hebron ſepulcrū ſare cōpoſuit Duplex āt dr̄ eo ꝙ camerata ſit. ꝛ auerſa a ſupficie terre ſūmitas ei⁹ a pte vna. verū ex pte alia in petra ſuſpenſa ſit ſup terrā. Iſte ꝓpha ꝓplo dedit ſignū in fluuio chobar: vt qn̄ deficeret ſuſtinerēt deſolatōnē terre ſue, tūc ſperarēt regreſſū ad hierl'm qn̄ inūdaret. Ad eū q̄nq; ꝯuenerat plīma multitudo cōcaptiuoꝝ ad fluuiuʒ chobar ꝛ chaldei rebellionē veriti irruerūt ſup eos. Ipſe xo pcibꝫ ſuis ſiſtēs aq̄s flumis ſup aq̄s ambulās cū oī multitudie: ad alterā ripam ſe recepit. ꝛ quotq̄t hoſtiū pſumpſerāt eos ſeq̄ ſummerſi ſūt. ꝛ ꝑ orationē ſubito largā piſciū copiā ꝓplo pſtitit ad veſcendū. Sepe q̄ʒ multis deficiētibꝫ vitā reſtituit.

De daniele. ca. j.
Uiſio pma. ca. ij.
Uiſio ſcḋa. ca. iij.
Uiſio tertia ca. iiij.
Catalogus regū babylonis. ca. v.
Uiſio q̄rta. ca. vj
Uiſio. v. dan̄. ca. vij
Uiſio ſexta ca. viij
Uiſio ſeptima. ca. ix.
Uiſio octaua. ca. x.
Uiſio nona. ca. xj.
Uiſio decima. ca. xij.

Incipit hiſtoria danielis.

Capitulum. I.

Prophetauit etiā i chaldea daniel q̄ ſcḋm ioſephū ꝛ epiphaniū d ſemine regio iude fuit. ſʒ lxx. ſpo de tribu leui q̄ i titulo fabule belis ita ponūt Hō q̄daʒ erat ſacerdos noīe daniel fili⁹ abdo ꝯuiua regis babylōis nat⁹ fuit i beterotb ſupiore Et fuit adō caſt⁹ ꝙ a ꝯtribulibꝫ ſuis ſpado putaret. Libꝝ ei⁹ trāſtulit hiero. ad petitionem paule ꝛ euſtochiū cum magna difficultate. Script⁹ em̄ erat hebraicis lrīs: ſʒ chaldaico ſermone, nec legebat ab eccl'ia ſcḋm. lxx. q̄a multū a veritate diſcordabat eoruʒ editio. ſʒ ſcḋm theodotionē q̄ apud hebreos nec ſuſanne hʒ hiſtoriaʒ

Scriptū de bele hebrei fabulam dicunt nō q̄n de veritate cōſtet. ſʒ ipi danielē hec ſcripſiſſe negāt.

Sicut videm⁹ gallicū ſcptū latinis lrīs. nec tn̄ oī cognoſcenti lrās hoc patet.